

MAECENAS ATAVIS EDITE REGIBUS

Haec verba non minus quam illa „Tyrrhena regum progenies... Maecenas“ (*Carm.* III, 29) gentis Cilniae originem regalem indicant. Quam opinionem confirmant et verba Propertii „Maecenas eques Etrusco de sanguine regum“ atque ea quae a Livio (X, 3) de Cilniis Aretinis traduntur. Unde suspicari licet in Cilnii nomine regem ipsum latere. Fortasse cum tali substantivo coniungendum est substantivum synonymum eiusdem stirpis *sculna* „sequester“, quod haud facile ab hydronymo Tusco *Scultenna* seiungas.

Sequitur totam hanc seriem nominalem: *Cilna sculna scvulna Scultenna* ad formam primariam *scilt-scult* revocandam esse, quamquam nomina corradicalia *sculna Scultenna s* mobile quod dicitur indoeuropaeum exhibent. Propter gentis Tuscae sedes Haemoanatolicas antiquiores hanc regis appellationem non solum cum glossa Hesychiana $\kappa\omicron\alpha\lambda\delta\delta\epsilon\acute{\iota}\nu$ Λυδοὶ τὸν βασιλέα (cf. etiam glossam $\kappa\alpha\lambda\acute{\omicron}\acute{\iota}\varsigma$ βασιλεύς) sed etiam cum Scolotorum denominatione genuina, quam nobis pater historiae suppeditat, coniungere cogimur: „σύμψασι (h.e. Scythis) δὲ εἶναι ὄνομα Σκολότους τοῦ βασιλέος ἐπωνυμίην“. Formis *sculna Scultenna* Σκόλοτοι atque *spur* (cf. A. Trombetti, *La lingua etrusca* 80) respondent formae corradicales sine *s* mobili initiali *Cilna* $\kappa\omicron\alpha\lambda\delta\delta\epsilon\acute{\iota}\nu$ $\kappa\alpha\lambda\acute{\omicron}\acute{\iota}\varsigma$.

Si ornithonymon κορθίλος „regulus“, ‘βασιλίσκος’ huc referre audemus liquidarum mutationem vel alternationem agnoscimus: κορθίλος ex antiquiore forma *κολθίλος defluxit, nisi liquidarum alternationem antiquissimam indoeuropaeam ut exempla *sterno* serb. *stelja voro gula* monent, accipimus. Itaque nomina germanica *Hirt Held* fortasse ad idem lexema minimum ut $\kappa\omicron\alpha\lambda\delta\delta\epsilon\acute{\iota}\nu$ Σκόλοτος *Cil(t)na* pertinere videntur.

Postremo nomen consulis attingere liceat. Quod nomen ex antiquiore forma **colsol* deducendum esse mihi quidem videtur, nam similem, immo vero eandem mutationem ut Tuscum nomen *santernae* „χρυσόκολλα“ ex priorie forma **salterna* (~ protoslav. **zalta* „aurum“) exhibet.

Praeter Iovem Tuscum qui *Tim* audit (~ protoslav. *din* „dies“) extant aliae quoque aequationes tusco-slavicae ut *Vertumnus* „deus Etruriae princeps“ *Voltumna* (~ protoslav. **vertmen* „tempus“), *Turms* „Mercurius“ Ἀδραμών ὁ Ἑρμῶν παρὰ Λυδοῖς. Hes. ~ protoslav. **tulka tulmač* „interpres“, *suplu* „subulo tibicen“ ~ protoslav. **sopil* „tibia“ ($s < k$).

Nomina corradicalia *Latona* Λῆδα una cum slav. *Lada* atque *vlada vladika* „uxor vel filia adulta τοῦ vlastelin“ h. e. patricii cuiusdam *Walducus* „dux Vinidorum Pannoniorum“ (cf. Fredegari Chron.) baseos monosyllabae **voldh-* cum basi disyllaba **veladh-* mutationem apophoniam primariam atque ordinem matrilinearem probant. Nomen *Latona* formatum est ut *persona* Pelast. *Cortona*, quod toponymon aequae atque γόρτυν γόρδιον aliaque eiusdem radicis toponyma quae mediterranea dicantur cum protoslav. **garda* et lat. *urbs* (<**ghrdhi-*) optimo iure coniungi licet.

Si glossa Hesychiana σάννας βασιλεύς παρὰ Ἰταλιώταις familiae lexicae **voldh- vladh-* adscribimus, antiquiores formae **balda* **banda* postulatur atque sine spirante initiali ut nomina *Ardiaei* *Vardaei* atque *Itali* *Vitulus* commemoranda est *Anna* „Πότνια“ et *Peranna* (<**perauna* ~ protoslav. **perauna* serb. *Perun*). Phrygium denique nomen regis βαλ(λ)ήν propter incertam geminatam attingere non audemus, etsi geminata -λλ- similior est veri quam simplex -λ-. Si geminatam pro certo accipimus, utraque nomina regis praegraeca et βαλλήν et βασίλη (< βαλτίλη) familiae **voldh-* adnumerare licet: βασίλη βασιλεύς eodem suffixo ut κορθίλος „regulus βασιλεύς“ formata sunt nomina deminutiva et hypocoristica nam βασιλεύς in Mycenaeorum sermone officium minus indicat.

Beograd.

M. Budimir.

A. C. Пушкин

Π Τ Ι Ψ Κ Α — Ο Ρ Ν Ι Θ Ι Ο Ν

Ἐν ξείνοισι τόποις ἐὼν
σεμνὸν ὠγύγιόν τ' ἔθος
νομίζω τόδε τῶν ἐκεῖ
φαιδραῖς ἦρος ἐφ' ὥραις·

κίχλην τοι μεθεὶς μίαν
χαίρω πολλά· τί μέμφομαι
Μοίραις, ἦμαρ ἐλεύθερον
τῆδ' ἀρκῶν ἀποδοῦναι;

Bedford.

G. M. Lee.